

Heinrich Rahn Johannes Graß

Disputatio Iuridica De Obligationibus

Rostochi[i]: Richelius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766614417>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.

216.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



DISPUTATIO JURIDICA
De
OBLIGATIONIBUS,

Quam

AUSPICE CHRISTO,

Decreto & approbatione Nobilissimi &
Amplissimi Jctorum ordinis in illustri ad
varnum Academia,

P R Æ S I D E

VIRO Amplissimo, & Consultissimo

DN. HEINRICO RASNER /

J. U. D. ac Professore publico, Præcepto-
re, Fautore & promotore suo æternùm
colendo

Publicè ventilandam proponit

JOHANNES Graß /


Duffelopoli - Westph. Author
& Respond.

In Auditorio majori ad diem 26. Aprilis
horu consuetu.



ROSTOCHI.

Litens JOHANNIS RICHELII, Senat. Typogr.
ANNO M. DC. XXXV.



VIRIS

*Spectatissimis, integerrimis ac virtute
conspicuis*

DN. HANS GARZEN Seniori.

us &

DN. HANS GARZEN Juniori.

*Apud præpotentes Hamburgenses Negotiatori-
bus florentissimis.*

nec non

Eximio, Prudentissimo ac Consultissimo

Dn. PETRO GARZEN/ J.U. Candidat.


deniq;

Experientissimo & Excellentissimo


DN. KILIAN: GARZEN/ Med. D.

Felicissimo.

*Fautoribus, Promotoribus ac Evergetis suis officiose
solendū, Disputationem hanc offert &
dedicat*



Johann Graf.



Bene univēsa geruntur & competenter,
si rei principium fuerit decens & amabile Deo

Nov. 6. pr.

THESIS I.

PARTES hujus disputationis sunt quatuor. I. continet obligationis definitionem. II. causarum descriptionem. III. obligationis divisionem. IV. obligationis dissolutionem.

Divisio Disputationis I.

Omni quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit, de quo disputetur; inquit Cic. lib. 1. off. quæ cum ita sint, & nos obligationis definitionem præmittimus, quæ ita se habet: Obligatio est vinculum juris, quo necessitate astringimur alicujus rei solvendæ. In hac definitione duo notamus: primò ipsum definitum ejusq; Etymologiam seu derivationem, & homonymiam seu æquivocationem; secundò ipsam definitionem, & quidem genus & differentiam specificam, ex quibus quævis accurata definitio constare debet, Bart. in l. 1. n. 2. ff. de testament. Everhard. à Midel: in locū suū leg. loc. à definit. n. 3.

Pars.

Definitio.

II.

OBLIGATIO] definitum hoc derivatur à verbo ligo i e. stringo, & ita est metaphorica seu figurata locutio. Hujus derivationis ratio ab ipsa obligationis natura petita est, quæ tota in obstringendo seu obligando consistit. accipitur. Definitum hoc latè & strictè seu propriè & impropriè: nonnunquam enim tam latè sumitur, ut denotet non jus obligandi, sed ipsum jus persequendi actionem scil. l. 5. § 1. ff. de præscript. verb. quæ tamen ut effectus & causa differunt; hic ergo strictè & propriè in sensu definitivo sumitur, quatenus aliquem ut vinculum jûris ad solvendum astringit & obligat.

Definitio Etymologia.

Homonymia.

III.

EST VINCULUM] hoc genus est definitionis, quod etiam pro-

Genus.

ut cujusq; generis natura requirit, tam late patet, ut nulla obligatio-
nis sit species, cui genus hoc non possit attribui. Et obligationis vim
& naturam hoc vinculum innuit. Etenim qui nobis sunt obligati,
hoc vinculo juris ita tenentur, ut non possint effugere, sed in jus
sequi necesse habent, nec ante liberantur ea necessitate sequendi,
donec debiti præstatione soluta sit obligatio, *l. 3. ff. de o. & a. l. 9. c.*
cod. ibiq; Sichard. in rubr. n. 3.

IV.

*Differen-
tia specif.*

[*JURIS*] in eo jam differt hoc vinculum præmissum ab alijs,
quæ non sunt obligationis, cum non omne vinculum sit obligatio-
nis. Funis enim, retis, & aliæ ejusmodi res corporales ac copulæ, vin-
cula quidem dicuntur, non tamen sunt obligationes. Hoc
ergo vinculum totum in jure consistit. Et quamvis interdum id,
quod obligatione debetur, corporale quid sit, ut domus, pecunia,
fundus &c: ipsum tamen jus obligationis incorporale est. Cæterum
qui ejusmodi vinculo aliquem habet obstructum *Creditor* & reus
credendi *l. 10. 11. 12. ff. de V. S.* qui verò tali vinculo tenetur *strictus*
debitor & reus debendi, *l. 108. eod.* Id ipsum verò, quod vi obligationis
solvendum, *debitum* & deberi vocatur, *l. 1. §. 6. 7. 8. ff. de constit.*
pec.

V.

Effectus.

[*QVO NECESSITATE ASTRINGIMUR*] hæc verba
obligationis finem & effectum concernunt. qui non consistit in eo,
ut aliquod corpus nostrum, aut servitutem nostram faciat, sed ut a-
lium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præ-
standum, *l. 3. ff. de o. & a.* hinc nulla est obligatio, quæ non ipso jure
necessitate astringat, *l. 13. c. de contra. empt. l. 8. ff. d. t.* & hoc quidem
urgente necessitate, sicut enim initio libera potestas unicuiq; est ha-
bendi vel non habendi contractus, ita renunciare semel constitutæ
obligationi, adversario non consentiente, nemo potest, *l. 5. c. eod.* hic
tamen præsupponenda non quævis necessitas, ut si vi aut turpiter
promissum vel contractum quid sit, sed talis, quam præcessit ab-
soluta voluntas, & ut astringendi causæ secundum jura sint factæ.

VI.

[*ALICUIUS REI*] quamvis aliàs res distinguantur à factis, §
fn.

fn. Inst. de v. o. ubi dicitur, quod non solum res, i. e. certa corpora, ut liber, pecunia, fundus &c. in stipulatum deduci possint, sed etiam facta, ut promittere, fossam fodere, ædificare domum, *l. 75. § 7. ff. de v. o.* hinc tamen in generaliore sensu vocabulum *rei* sumendum, ut in se utrumq; tam res quam facta contineat, *l. 45. 6. 23. ff. de v. s.* Et semper obligatio præstationis necessitatem habet, sive dandum sive faciendum sit aliquid. nec ejus natura solum in dando sed etiam in faciendo aut generaliter in quovis præstando consistit, *l. 3. ff. de o. & a.*

VII.

SOLVENDÆ] per hoc verbum intelligitur non solum solutio nummorum, sed omnis liberatio quoquo modo facta, *l. 47. l. 176. d. v. s. l. 54. de Solut.* & quælibet præstatio seu in dando seu in faciendo consistat. Nam secundam gl.

Solvimur à nodo nos dando vel faciendo.

VIII.

Explicatâ jam definitione, ejus causæ sunt decidenda: ubi enodabimus I. causam originalem seu efficientem remotam. II. causam principalem seu efficientem proximam. III. causam materialem. IV. causam formalem. V. causam finalem. Postquam genus humanum multiplicatum fuit, & dominia fuere distincta, commercia quoq; & varias eorum figuras introductas esse, constat *ext. ff. de l. & l.* His itaq; introductis, necessitas dictabat æquum & justum esse, ut unusquisq; astringeretur ad id, quod semel placuisset, servandum. hinc primò introductum est naturæ vinculum, quod est in obligatione naturali. quid enim tam congruum est fidei humanae, quam ea, quæ semel placuerunt, servare? ait Ulpianus *in l. 1. pr. ff. de pact.* quod si quis promissis non staret, ut judicis auxilio tunc posset invitus cogi ad solvendum vinculum, quo esset obstructus. ipsam ergo jus est causa remota efficiens obligationis,

II.
Pars.
Causa originalem

IX.

Causam efficientem principalem & proximam obligationis statuimus vel conventionem, vel delictum. hic enim res ipsa seu maleficcium, ibi consensus obligat. Consensus autem ille sit ab omni defectu solutus, Qui ergo non possunt consentire, non possunt

Causa Principalem.

quoque se alijs, nec alios sibi obligare. Hujus generis defectus in jure reperitur quadruplex. Sunt enim, qui obligationem inire prohibentur vel propter defectum potestatis dominice ut servi, vel ætatis, ut pupillus & infans; vel sanitatis, quæ, quatenus hic maxime attenditur, consistit vel in mente, vel in moribus, corpore enim laborans, ut surdus, mutus, cæcus &c: non ab omni obligatione eximitur, l. 1. §. fin. l. 47. ff. de o. & a. l. 124. de R. I. Mente seu animo sanus non est furiosus, mente captus. Moribus ægrotat prodigus; vel voluntatis, quæ deficit in errore, dolo, metu & ira.

X.

Servus.

Ob defectum potestatis dominicæ obligationis conventionalis incapax servus est, l. 43. ff. de o. & a. §. 6. Inst. de mut. stip. velle enim non creditur, qui obsequitur imperio domini l. 4. ff. de R. I. Naturaliter tamen obligatur, d. l. 14. l. 13. ff. de condit. indeb. quamvis enim servi quo ad civile jus habeantur pro nullis, l. 32. ff. de R. I. pro mortuis, l. 209. eod. imò quadrupedibus æquiparentur. l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. non tamen & jure naturali, cum in eo omnes homines æquales sint, d. l. 32. sicut autem servus non cum extraneo, ita & multo minus cum suo domino contrahit obligationem, l. 6. C. an serv. pro suo fact. l. 17. pr. ff. de furt. l. 7. pr. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 4. ff. de judic. l. 13. in fin. c. de transact. §. 6. Inst. de inur. stip. §. 12. de oblig. quæ ex delict. nisi naturalem, l. 40. §. 3. ff. de condit. & demonstr. l. 64. ff. de condit. indeb.

XI.

Filiusfam.

Differt in hoc à servo filiusfam. Nam quamvis sub patris potestate sit, constat tamen illum ex omnibus causis, tam ex contractu, quàm ex delicto obligari, & agi cum eo tanquam cum patrefam. posse, l. 57. ff. de judic. l. 39. ff. de o. & a. l. 141. §. 2. ff. de v. o. l. 33. 34. 35. ff. de noxal. act. l. 3. §. 3. ff. ad Sc. Maced. l. 1. 101. tit. ff. de pecul. l. 1. 101. tit. de in rem vers. Excipitur tamen si inter patrem & filiumfam. gestum quid sit. Cum nulla obligatio inter eos nascatur, l. 7. ff. de o. & a. l. 16. ff. de furt. l. 4. ff. de judic. nisi in castrensi, vel quasi castrensi peculio. in hoc enim inter patrem & filiumfam. obligatio valet, d. l. 4. ff. de judic. l. 15. §. 2. ff. de castrens. pecul.

XII. Propter

XII.

Propter ætatem nulla obligatio competit nec activa nec passiva *Pupillus.*
 pupillo, l. 43. ff. de o. & a. cum in ea ætate nec velle nec nolle cre-
 datur, l. 189. ff. de R. I. nisi tutoris auctoritas intercesserit, l. 1. §. 13. d. l.
 43. eod. l. 5. in fin. d. R. I. alioquin quod à pupillo gestum est, non
 valet, l. 9. ff. de auct. tut. præsertim si aliquid alienaverit, si autem
 quid acquisierit, suamq; conditionem fecerit meliorem, etiam absq;
 tutoris auctoritate hoc fieri potest, pr. Inst. de auct. tut. l. 9. pr. ff. eod.
 & in genere siue acquisierit, siue alienaverit pupillus, si modo locu-
 pletior factus est, ex eo, quod absente etiam tutore gessit, obligatur, l. 5.
 pr. ff. de auct. tut. l. 4. §. 4. ff. de dol. mal. & met. except. l. 13. §. fin. l. 14. ff.
 de condict. indeb. nisi pupillus sit infans, aut infantia proximus, tunc
 enim pecuniam fortè accipiendo ne quidem jure naturali obligatur,
 l. 59. ff. de o. & a. l. 41. ff. de condict. indeb. sic quoq; pupillus doli
 capax ex suo dolo obligatur, l. 1. §. 15. ff. depositi. l. III. ff. de R. I.

XIII.

Ob Sanitatis defectum in mente furiosus obligationis est in- *Furiosus.*
 capax, ut etiam si contrahat, vel delinquat, nec tamen se alteri, nec
 alterum sibi obligare poterit, l. 1. §. 12. ff. de o. & a. quia non est com-
 pos mentis, l. 20. §. 4. ff. qui test. men. fac. poss. nec intelligit, quid agat.
 §. 8. Inst. de inut. stip. imo loco dormientis, l. 1. §. 7. ff. de ac. p. ff. absentis,
 l. 124. §. 1. ff. de R. I. & quiescentis habetur, l. 2. §. 3. ff. de jure iudic. &
 consequenter nullum negotium gerere potest, l. 1. ff. de R. I. cum ejus
 fit nulla voluntas, nullus consensus, l. 40. ff. de R. I. l. 47. ff. de ac. ha-
 red. sine quo obligatio contrahi nequit, l. 1. §. 2. ff. de pad. Loqui-
 mur autem hic de eo furioso, qui continuâ mentis alienatione labo-
 rat, qui enim dilucidis intervallis sensum saniozem habent, inducia-
 rum tempore obligationē contrahere possunt, arg. l. 14. ff. de off. præ-
 fid. Quamvis autem à furioso differat mente captus, quod ille rabie *Mente ca-*
 quadam animi, hic vero magis sit in quiete sine mente, nihilo- *ptus.*
 minus tamen, quod de furioso dicitur, & de mente capto intelligen-
 dum est, etiam si furore non corripiatur. Cum, quod furioso in re-
 bus gerendis denegatur, non aliam ob causam denegatur, quàm
 quod mente careat, §. 1. Inst. Quib. non est permiss. fac. testam.

XIV Mo.

Prodigus.

Moribus ægrotat prodigus, qui neq; tempus neq; finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando profundit, *l. 1. ff. de curat. dat.* & quia ipsi commercium est interdictum, & suarum rerum administratio, § 12. *fin. Vlpian. frag. tit. 2.* unde & pupillo comparatur. *l. 9. §. 7. ff. si cert. pet.* imò furioso, *l. 12. §. 2. ff. de tut. & curat. dat. l. 7. §. 2. §. 12. ff. Quib. ex caus. in poss. ff. eat.* nam ut furiosus desipit animo, sic prodigus moribus, & in bonis diminuendis furiosum facit exitum: igitur exemplo furiosi & pupilli promittendo, seu patrimonium suum diminuendo nihil agit, *l. 6. ff. d. v. o.* adeo ut etiam si contractum jurejurando firmaverit, obligari tamen non possit, *l. 5. C. de l. l. 7. §. 16. ff. de pact.* Cæterum quamvis prodigus hic furioso non sit dissimilis, hæc tamen æquiparatio procedit & valet tantum quoad bonorum administrationem & alienationem, non vero quoad delictorum coërcitionem. Quis enim prodigus, homicidis, vel adulteris, aut alia scelera perpetrantibus ignoscendum dixerit?

Defectus voluntati in errore,

Quicquid per errorem vel ignorantiam gestum est, ex eo non oritur obligatio, *l. 76. l. 116. §. 2. ff. de R. l. l. 15. ff. de juridict.* in omnibus enim negotiis contrahendis, si error aliquis intervenit, ut aliud sentiat, puta qui emit, aut qui conducit, aliud, qui cum his contrahunt, nihil valet quod actum est, *l. 57. pr. ff. de o. & a. cujus rei exempla multa in jure reperire licet, l. 30. §. 1. in fin. ff. de pact. l. 18. l. 41. pr. ff. de reb. cred. l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. ff. de v. o. l. 7. l. 17. pr. in fin. ff. de dol. mal. & met. except.*

Dolo.

In omni obligatione & contractui consensus est conditionalis, & sub hac tacita conditione perficitur: *Nisi aliquid dolo fuerit admissum*: quare illa conditione deficiente, nullum sortitur effectum, quod actum est, sed ipse contractus est nullus, qui nullam obligationem producit, *l. 7. ff. de dol. mal. l. 1. ff. de pact.* Hic tamen doli adinhibenda distinctio, qui alius est contractui *dans causam*, alius, contractum *inciden*: Dolus contractui causam dare seu præbere dicitur, qui adhibetur circa contractus initia, eumq; ad contrahendum dolofo consilio inducit, qui alias contracturus non erat. Veluti si quis neq; propositum

26
positum neq; animum habens alienandi, vel contrahendi ab aliquo dolo inducatur & persuadeatur, ut eo modo, quo velit persuasor, negotium gerat, *l. 16. §. 1. ff. de min. l. 7. pr. ff. de dol. mal. l. 3. fin. ff. pro Soc.* dolo verò in contractum incidit, cum quis non dolo inducitur ad contrahendum, sed sua sponte contrahens decipitur, ut si id, quod aurum purabam, cum æs esset, stipulatus de te fuero, teneris mihi hujus æris nomine, quoniam in corpore, licet non in materia confenserimus, sed ex doli mali causa tecum agam, si sciens me fefelleris. *l. 22. ff. de v. o. vel si dolo fiat quo res pluris ematur, vel minoris vendatur.* Et quamvis tunc subtilitate juris obstrictus quis sit, doli tamen exceptione uti potest *l. 36. eod.*

XVII.

Cum dolus & metus æquiparentur, imo dolus in metu insit, adeoq; metus & vis manifestus & atrocior dolus est. *l. 14. §. 13. ff. quod met. caus.* sequitur hinc obligationem metu contractam non valere, *l. 1. pr. eod.* nihil enim consensui tam contrarium est, quam vis atq; metus, *l. 116. pr. ff. de R. I. l. 5. C. de inult. stip. l. 9. C. de contrab. stip.* hic tamen metus debet esse justus, *c. fin. X. de appell.* non quod justè inferatur, quia de tali metu justè illato conqueri quis non potest. *arg. l. 21. ff. quod met. caus.* sed quod sit probabilis & non vanus. quippe cum vani timoris nulla sit excusatio, *l. 184. ff. de R. I.* ideoq; requiritur mortis, vel corporis, *l. 3. §. fin. d. t.* qui in virum constantem cedit, *l. 6. eod. c. 15. 28. X. de Spons.* præsertim præsens, non suspicio ejus inferendi, *l. 9. pr. d. t.*

XVIII.

Per iram quoq; si quid gestum sit, non oritur obligatio, cum iracundus non sit certi judicii, *l. 48. ff. de R. I.* Unde Bias, Philosophus Prienensis, unus ex septem Græciæ sapientibus hominem iracundum, quod extra se ipsum esset, omni consilio vacuum esse dixit. & ut fumus hebetat oculos, ne videre queant ea, quæ sunt ante pedes, sic obortâ irâ obducitur rationi caligo, ut se ipsum agnoscere nequeat. *D. Mundius Comment. de diffamant. c. 3. n. 144.* Et sic iracundus non obligatur, nisi perseveraverit in eo, quod per iracundiam gessit, *d. l. 48. l. 3. ff. de divort.* vel etiam si per iram delictum sit commissum, *l. 16. §. 2. in fin. ff. de pæn. arg. l. 5. C. de injur.*

B

XIX. Ma.

XIX.

Causa materialis.

Materia, circa quam obligationes existunt, sunt res licitæ & possibiles, quæ sunt in commercio humano, & dominio nostro subijciuntur, ut hinc in contractum venire queant: sive sint mobiles sive immobiles, sive corporales sive incorporales, non tantum jam existentes, sed etiam quæ sperantur futurae, l. 73. ff. de V. ob. arg. pr. Inst. de inut. stip. modò commercio humano non sint exemptæ, ut sunt res sacrae, religiosæ, sanctæ, publicæ, liber homo &c. Nam ejusmodi res si deducantur in contractum, inutilem illum facere constat, §. 1. 2. Inst. de inut. stip. §. 8. Inst. de R. D. l. 1. §. 9. ff. de o. & a. l. 35. pr. l. 69. l. 83. §. 5. l. 103. ff. de v. o. Idem est in impossibilibus sive naturâ ipsâ præstari nequeant, l. 185. l. 188. §. 2. ff. de R. l. sive lege prohibeantur, l. 26. l. 35. §. 1. l. 133. l. 127. §. 6. ff. de V. O. l. 14. 15. ff. de condit. Inst.

XX.

Causa formalis.

Formam Consensus quod attinet, dictum jam fuit, quod debeat esse ab omni defectu solutus. Et potest hic consensus restringi ad conditionem, sed non talem quæ dependet, respectu totius contractus ejusve substantiæ, ab arbitrio aut potestate alterutrius contrahentis, l. 8. ff. de o. & a. l. 17. l. 108. de V. O. E. g. si quis ita stipuletur: *Dabû ? & alter respondeat, dabô, si voluero.* non valet contractus, l. 7. l. 35. §. 1. ff. l. 13. C. de Empt. vend.

Porro consensus hic primario animum deliberatum requirit, nec enim, si per jocum puta, vel demonstrandi intellectus causa ego tibi dixerò: *Spondes ? & tu responderis: spondeo.* nascetur obligatio, l. 3. §. 2. h. r.

XXI.

Causa finalis.

Causam finalem suppeditat nobis l. 3. ff. de o. & a. ubi Paulus: *obligationum, inquit, substantia non in eo consistit, ut aliquid corpus nostrum, vel servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel facendum, vel præstandum.* hic igitur obligationis effectus, hic finis, ut nobis aliquem ad dandum faciendumve alstringat, & actionem ad exigendum producat.

XXII.

III. Pars Divisio.

Summa obligationis divisio est, quod sit vel naturalis, vel civilis, vel mixta, l. 8. §. 3. l. 26. §. 3. ff. de fidej. §. 1. Inst. eod. l. 14. ff. de o. & a.

& a. l. 1. ff. de novat. l. 40. §. 3. ff. de condit. & demonst. Naturalis, ad exēplū juris naturalis, vel est merè naturalis, vel est juris gent. Civilis vel est propriè dicta civilis, quæ consideratur vel respectu approbationis vel inventionis. vel est Prætoria, §. 1. Inst. de oblig. Mixta est, quæ utramq; civilem & naturalē in se continet; & oritur vel ex delicto, seu verè, seu rursus, vel ex contractu: idq; vel quasi, ut in negotiorum gestione, tutelæ administratione, rei comunione, hæreditatis aditione, indebiti solutione, vel verè, hic verus contractus vel est innominatus, vel nominatus, qui constituitur vel fit; ut in mutuo, in debito soluto, commodato, deposito, pignore: vel verbis, vel literis, vel consensu, ut in emptione-venditione locatione, conductione, societate, mandato.

XXIII.

Merè naturalis obligatio est, quæ ex naturali quadam affectione, seu mero & solo naturæ instinctu oritur; ut est obligatio antidotalis seu remuneratoria. sic qui donavit, ad remunerandum sibi aliquem obligavit naturaliter, l. 25. §. 11. ff. de petit. hered. parentes etiam uti stimulo juris naturalis ad suorum liberorum educationem instigantur, l. unic. §. 5. v. flear. C. de rei ex. act. ita quoq; parentum necessitatibus liberos succurrere justum est, l. 1. c. de alend. lib. cui rei insigne aliquod exemplum præbuit illa Romana fœmina, quæ patrem carcere inclusum proprijs uberibus aluit, cum ei cibaria deferre prohiberetur, Val. Max. lib. 5. c. 4. parens autem quamvis ali à filio ratione naturali debeat, tamen æs alienum ejus non esse cogendum solvere filium, rescriptum est l. 1. §. 16. ff. de agnos. & alend. lib. Et hæc obligatio merè naturalis vocatur, quia non solum hominibus, sed ipsis etiam brutis animalibus communem esse videmus. hinc inter alia de ciconia refertur: eam infantia suæ vices rependentem, parentes senio confectos alere, inq; volatu humeris gestare solere.

Merè naturalis.

XXIV.

Hujus obligationis nihil aut parum effectus est; præsertim si ad juris civilis necessitatem non sit redacta, quamvis enim donatarius naturali quadam affectione ad benefaciendum seu remunerandum teneatur, d. l. 25. §. 11. ff. de petit. hered. ut tamen vicissim aliquid

Effectus.

donet nulla actione cogi, seu conveniri potest, adeo, ut si quis ob e-
jusmodi causam errore solvisset, solum indebitum repetere possit,
arg. l. 10. C. de jur. & fact. ignor. Bar. Jason. in l. 5. ff. de just. & jur.

XXV

*Naturalis
Gent.*

Obligatio quoq; juris gentium ab inventrice sua, natura scil.
nomen trahit; sed tamen non absolute sumitur hic natura, sicut in
thesi precedenti, pro inclinatione seu instinctu naturæ, qui cum
brutis animalibus nobis est communis: sed respectivè, quod sit juris
naturalis humani, sola ratione consistentis quo nos à brutis anima-
libus differimus. Et cum omne quod ex hoc jure naturali venit, sit
æquum & bonum, *l. pen. pr. ff. de l. & l. proinde etiam obligationem*
hanc Papinianus vinculum æquitatis appellat, l. 95. §. 4. ff. de solut.
Hoc jus gentium quoq; vocatur jus naturale, *§. 11. Inst. de R. D.* Is
enim naturâ debet, quem jure gentium dare oportet, *l. 84. §. 1. ff. de*
R. l. ut ita non immeritò hæc obligatio juris gentium dicatur, quod
conventiones, naturali ratione suadente, etsi nulla lex esset scripta
servari jubet, *l. 1. ff. de pact. l. 20. C. de transact.* Et de hac obligatio-
ne potissimum agunt Jsti, cum dicunt aliquem naturaliter obligari,
l. 38. pr. l. 64. ff. de condit. indeb. l. 1. ff. de Novat. l. 95. §. 4. ff. de solut.

XXVI.

Effectus.

Quamvis autem is, qui hac obligatione naturali nudâ & vincu-
lo juris civilis destitutâ tenetur, necessitate quadam sit ad solvendum
adstrictus, eò tamen necessitas hæc se non extendit, ut actione qua-
dam civili ad præstationem ejus, quod naturâ debet, quis cogi pos-
sit. Cum illa naturalis obligatio non valeat ad actionem civilem
producendam, quâ persequamur & extorqueamus ab invito id, quod
nobis debetur, sed solum ad exceptionem, quâ nobis solum retine-
mus, *l. 10. ff. de o. & a. l. 7. ff. de fidejuss.* nec illa est simplex & abso-
luta necessitas, sed ex hypothese seu consequentia, si scil. aliquis huic
naturalis æquitati satisfacere velit. E. g. filiusfam. mutuo pecuniam
accipiens, jure civili ad reddendum non est obligatus, nec ulla a-
ctione conveniri potest, cum tutus sit exceptione SCri Macedonia-
ni, *l. pr. eod.* quamvis jure naturali sit obligatus, ideoq; solum ex
hac causa repetere non potest, *l. 9. §. fin. l. 10. d. 1.* sic etiam quamvis
frater fratri, qui ambo sunt in ejusdem patris potestate ex contractu
jure

jure naturali sit obligatus, jus tamen civile nunquam ejusmodi obligationem agnoscit, l. 38. ff. de condict. indeb. servus quoq; non jure civili, l. 32. de R. I. sed tamen naturali tenetur, l. 14 ff. de o. & a. l. 13. ff. de condict. indeb. Licet igitur hæc obligatio, ad agendum sit insufficientis, valet tamen ad excipiendum, ut in nudo pacto videmus, quod non quidem actionem, sed tamen exceptionem producit, l. 7. §. 3. in fin ff. de pact. jure enim naturali ac gentium pacta servari æquum est, l. 1. pr. eod. Habet etiam hæc obligatio naturalis hunc effectum, quod fidejussor, aut pignus ei firmiter accedere possit, etiam si ipsa principalis obligatio actionem non producat, l. 16. §. 3. ff. de fidejuss. §. 1. inst. eod. l. 12. pr. vers. & ob id. ff. de condict. indeb. l. 5. vers. vel tantiu naturali. l. 14. §. fin. de pig. quod possit novari, l. 1. §. 1. ff. de novat. constitui, l. 1. §. 7. ff. de const. pec. compensari, l. 6. ff. de compensat.

XXVII.

Quæstio

Hic datâ occasione lubet quæstionem attexere: an parentes ad subministrandos studiorum sumtus hoc jure naturali ut & civili, sint obligati? Respondens hic Ulpianus, non tantum, inquit, alimenta, verum etiam cetera quoq; onera liberorum, patrem à judice cogi præbere rescriptu continetur, l. 5. §. 2 ff. de agnos. & aliud. lib. quid autem per cetera velit, explicat Paulus in l. 6. §. 5 ff. de carbon. edict. his verbis: non solum alimenta pupillo prestari debent: sed & in studia, & in ceteras necessarias impensas debet impendi pro modo facultatum, hinc cum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli proponatur, in primis mercedes preceptoribus, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituit: sunt verba, l. 12 §. 3. ff. de administ. & peric. tut. Et quamvis aliàs pecunia filiosam, mutuo data repeti non possit propter Scutum Macedonianum, hujus tamen Scuti autoritas petitionem ejus pecuniæ non impedit, quæ filiosam, studiorum causa alibi degenti ad necessarios sumtus, quos pietas patris non recusaret, credita est, l. 5. C. ad Scutum Maced. Modo hoc probabilem modum in pecunia mutuo data non excedat, l. 7 §. 13. ff. eod. Eodem quoq; jure frater dives fratrem egentem alere tenetur, l. 4. ff. ubi pup. educ. deb. l. 73 §. ff. de jur. dot. alimentorum autem nomine veniunt omnia, quæ ad vivendum sunt necessaria, l. 43. ff. de V. S. an etiam

B 3 sumtus

sumtus studiorum? Distinguendum; aut alimenta quis debet ex voluntate hominis, testatoris fortè, qui hæredi alimenta cuidam præstari jubet. & negatur, *l. 6. ff. de aliment. & cib. leg.* aut alimenta debentur ex voluntate seu dispositione legis, ipso jure naturali jubente, ut à fratre fratri. & affirmatur, *d. l. 4*

XXVIII.

Civilis.

Sicut obligatio naturalis ab inventrice sua, naturâ, nomen habet, ita etiam civilis ab efficiente causa originem trahit; à jure scil. civili. quodocunq; lex civilis disponit quem obligari. & strictè seu propriè dicta constituitur quinq; juris civilis partibus. Lege, Plebiscito, Senatusconsulto, Principum constitutionibus, & Prudentum responsis. Quò pertinet obligatio ex stipulatu, *vid. gl. in l. 5. ad verb. quibusdam de just. & jur.* & obligatio, quâ tenetur qui vi, metuvè coactus promisit; quavè adhuc obstrictus est debitor, cum quo pactus est creditor de non petendo, *vid. Schneid. hinc. sub Rubr. de oblig. civil. tantùm.* quæ tamen per exceptionem facillè eliditur. Hinc tali exceptione tutus, si per errorem pecuniam solvat, conditionem soluti habet, *l. 40. pr. ff. de condict. indeb.* Obligationes Prætorix sunt, quas Prætor ex sua jurisdictione constituit, ut est obligatio ex edicto, stabularij, nautæ, coupones, ex furto manifesto, rapina &c. *pr. Inst. de vi bon. rapt. de quibus extinguendis vid. pr. Inst. de perpet. & temp. act.*

Prætoris.

XXIX.

Mixta.

Obligatio mixta est & dicitur, quando cum obligatione naturali est conjuncta civilis; ut accidit in omnibus ferè contractibus, qui jure gentium sunt inventi, jure civili tamen probati & confirmati: ut ita oriatur ex partium consensu & approbatione legis. E.g. librum quis emit ab altero; ex hoc emptionis contractu oritur obligatio naturalis, & quidem inter omnes gentes & homines, etiam si jure civili seu Romanorum non urantur, *l. 1. ff. de pact.* huic civile jus accedit, & auctoritate sua contractum hunc approbat, *l. 5. ff. de l. & l.* ex qua approbatione oritur obligatio civilis, *l. 6. ff. de pact.* quæ contrahentes absolurâ quadam necessitate astringit. Emptorem quidem ad pretii solutionem, *l. 13. §. 19. ff. de act. empt.* venditorem verò ad rei venditæ traditionem, *l. 11. pr. §. 2. eod.* ut ita civilis obligatio sit loco patris, naturalis autem loco matris, quæ duæ prolem deinde actionem

nem pariunt, *Bart. in l. 1. in 4^o coll. ff. de condic. ind.* Unde frequen-
tius hæc obligatio, quamvis essentiâ suâ sit ex jure gentium, teste. *l. 5.*
ff. de just. & i vocatur civilis, quoniam plus solet tribui legi ci-
vili, quæ facit, ut quæ aliàs sunt juris gentium, in *Repub.* usurpen-
tur.

XXX.

Hæc mixta obligatio, ut etiam supra dictum, oritur vel ex con-
tractu, vel ex delicto, *l. 1. pr. l. 2. l. 4. l. 5. ff. de o. & a. ex contractu vel verè*
vel quasi. verè contractus est vel nominatus vel innominatus, l. 1. 2. 3.
4. ff. de præscript. verb. l. 1. §. 2. ff. de rerum permut. l. 18. pr. ff. de accept.
nominatus est, qui certum nomen habet, & nominatam producit a-
ctionem: idq; vel *re*, vel *verbis*, vel *litteris*, vel *consensu*. *Re*
contrahitur obligatio, quando res ipsa traditur vel ad dominii *trans-*
lationem. idq; vel *scienter*, ut in mutuo, vel *ignoranter*, ut in indebi-
to: vel ad *usum*, ut in commodato: vel ad *custodiam*, ut in deposito:
vel ad *securitatem*. ut in pignore, qui contractus *re* contrahi dicun-
tur, quia ipsâ rei traditione fiunt, *l. 52. §. 3. ff. de oblig. & act. l. 17. pr. ff.*
de pact.

Subdiviso.

Contra-
ctus nomi-
natus rea-
li.

XXXI.

Ex mutuo, ubi ex meo fit tuum, *l. 2. §. 2 ff. de reb. cred. in rebus*
constantibus pondere numero, mensura, d. l. 2. §. 1. l. 1. §. 2. ff. de o. &
a. obligatus est mutuarius reddere rem non eandem, sed aliam e-
jusdem bonitatis & qualitatis, l. 3. ff. si cert. pet. d. l. 1. §. 2. l. 18. C. de
Solut. quod si non faciat, datur contra eum actio mutui, l. 5. C. quib-
non objicit. long. quæ certi conditio vocatur, *pr. Inst. Q. M. R. contrah.*
oblig.

Mutuum.

XXXII.

Is quoq; qui non debitum accipit ab eo, qui per errorem solvit,
re obligatur, daturq; agenti contra eum propter repetitionem con-
dictionis actio. *§. 1. Inst. d. t.* ubi notabiliter dicitur *qui errore solvit*,
scienter enim indebitum solvens donare videtur, *l. 7. §. 2 ff. pro empt.*
l. 53. ff. de R. I. nec accipiens ad id reddendum est obligatus, l. 1. l. 24.
l. 28. l. 50. ff. de condic. ind. l. 9. C. eod. l. 10. C. de jur. & fact. ignor. l. 9.
C. ad L. falcis. Obiter hic addo: non posse aliâ ratione referri inde-
biti solutionem ad hos reales contractus, quam propter similitudi-
nem,

Indebitum

nem, quæ ipsi cum numeratione, quæ mutui causa fit, intercedit, ut apparet ex ipso textu, in §. *all. Inst. Quib. mod. re. cont. oblig. & l. 5. ff. de just. & jur.* aliàs rectius refertur ad quasi contra Æus, *vid. inf.*

XXXIII.

*Commo
datum.*

Item is, cui res aliqua gratis utenda datur i. e. commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione, §. 2. *Inst. d. 1. gratis. l. 5. §. 12. ff. commod. l. 17. §. 3. ff. præscript. verb.* ut distinguatur à locatione conductione, ubi etiam res datur utenda, pro usu tamen intervenit merces, *l. 2. pr. ff. locat. utenda, l. 1. §. 4. ff. de ob. & act.* & sic commodatum à deposito & pignore differt, quo si creditor vel depositarius utatur, furtivum committit, §. 6. *Inst. de oblig. quæ ex delict. sic & in mutuo res non modo ad usum sed ad abusum quoque datur, arg. 2. §. 1. reb. cred. l. 1. §. 2. ff. de o. & a.* Ex hoc contractu duplex oritur obligatio, directa & contraria, *l. 17. §. 1. l. 18. §. ult. in fin. ff. commod.* directa datur commodanti adversus commodatarium, quæ finito usu rei commodatæ restitutionem petit, *l. 1. §. 3. ff. de o. & a. l. 5. pr. l. 17. pr. §. 3. eod.* contraria datur commodatario adversus commodantem, *l. 17. §. 1. & 3. l. 21. pr. eod.* ut eum non impediatur uti re commodata, quamvis enim commodare magis sit voluntatis quam necessitatis, intemptivè tamen rei commodatæ usus auferri nequit, *d. l. 17. §. 3. pr.* deinde ad impensas majores in re commodata factas, *l. 18. §. 2. eod.* tertio ad resarciendum damnum, quod contigit per causam commodati. hinc qui sciens vasa vitiosa commodavit: si ibi infusum vinum vel oleum corruptum effusumvé est, condemnandus eo nomine est, *l. 18. §. 3.* aliud exemplum vide in *l. 17. §. fin. l. pen. ff. eod.*

XXXIV.

Depositum

Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur teneturque actione depositi, §. 3. *Inst. eod.* quando scilicet gratis res custodienda datur. gratis, si enim intervenit merces, non depositum sed locatio conductio erit, *l. 1. §. 8. 9. ff. deposit.* hoc tamen non impedit, quo minus remuneratio intervenire possit, quæ abusivè pretium dicitur, *l. 2. §. 24. ff. de vi bon. rapt.* Cæterum ex hac obligatione duplex oritur actio: directa, quæ datur deponenti ad restitutionem rei non deterioratæ, *l. 1. §. 16. 22. ff. deposit.* & contraria, quæ

25
quæ competit depositario contra deponentem, quâ repetit sumtus,
si quos fecit in re deposita, l. 5. pr. l. 12. l. 23. d. 1.

XXXV.

Creditor quoq; qui pignus accepit, re obligatur, quia & ipsa de
re quam accepit restituenda tenetur actione pignoratitia, §. 4. Inst.
d. 1. neq; enim cauti homines temere sine pignore credunt. Nam
quod Martialis olim scitè de quodam Thelesino cecinit, Epig. lib. 12.
de multis hoc tempore scribi potest

Cum rogo te nummas sine pignore: non habeo, inquit;

Idem: si pro me sponder agellus, habes.

Quod mihi non credis veteri, Thelesino, sodalis.

Credis colliculi arboribusq; meū.

Etiam ex hac obligatione duplex oritur actio; directa & contraria,
directa competit, solutâ omni pecuniâ debitori, qui rem oppigno-
ravit, adversus creditorem, ut rem reddat cum fructibus & ea perce-
ptis, l. 9. §. 3. l. 40. l. 22 §. 2. ff. de pig. act. l. 1. 2. 3. C. eod. contraria
datur creditori adversus debitorem ad consequendum quod sibi
pignoris nomine abest, l. 16 §. 1. l. 32. l. 36. d. 1. & si damnum pas-
sus sit creditor ex pignore, debitor resarciat illud, l. 31. eod. si neces-
sarias impensas in pignore fecit, debitor refundat, l. 8. pr. eod. l. 7.
fin. C. eod. Si verò debitor in solutione cessaret, creditor distrahen-
di pignus, sibiq; de pretio satisfaciendi potestatem habet, l. 4. eod.
l. 7. 9. 14. C. de distract. pig.

XXXVI.

Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione & responsio-
ne, cum quid dari fierivè nobis stipulamur, l. 1 §. 7. ff. de o. & a. l. 1. Verbi.
15. §. 1. d. v. o. l. 2 §. fin. ff. de reb. cred. pr. Inst. de v. o. Et ita differt
hæc stipulatio à nudo pacto, quando quis non interrogatus promit-
tit, ita tamen, ut is, cui promittitur, consentiat, licet promittentem
non interrogaverit, ideoq; sine verborum solennitate per ministeri-
um nudi consensus contrahitur, nec actionem parit, l. 7 §. 4. ff.
de pact. stipulatio verò solo & nudo consensu non consistit, sed
amplius quid habet: verborum conceptionem & negotium,
l. 1 §. 1. l. 83. pr. ff. de v. o. & in eo jam differt hæc stipulatio ab
aliis contractibus, cum non perficiatur solo consensu, sed requi-
ratur

C

ratur etiam solennitas quædam verborum, quæ ex interrogatione præcedente & responsione seu promissione sequente constat: quæ tamen interrogatio & responsio per se & absolute considerata stipulationem non constituit; nisi animo contrahendi fiat, *d. l. 7 §. 12. ff. de pact.* Ex hac verborum obligatione duæ proficiscuntur actiones, tam *condictio certi*, Si certa sit stipulatio, quàm *ex stipulatu*, si incerta sit. Illa locum habet cum certum quid in stipulationem est deductum, hæc vero datur, cum stipulatio est incerta, & quando incertum quid est promissum, *l. 4. pr. ff. de usur. l. 24. ff. si cert. pet. l. 74. l. 75. ff. de v. o. princ. Inst. eod. Treut. vol. 2. disput. 27. Thest 8. ib. 2. in sua not. Bachov. p. 272. seqq. & Hunn. in sua resol. p. 154. seqq.*

XXXVII.

Literarum.

Literarum obligatio contrahitur, cum debitor spe futura numerationis creditori dat chirographum, in quo confitetur, se certam pecuniæ summam ab eo mutuo accepisse, quæ tamen numerata non est, *tot tit. Inst. de lit. oblig. ibiq. Dd. & suo more, latissime Donellus lib. 14. Commentar. jur. c. c. 37.* Et hæc literarum obligatio ratione quidem juris civilis omnino ad solvendum astringitur, iudex enim colligit à plerumque accidentibus, pecuniam esse numeratam, cum illud testetur syngrapha, donec tandem veritas discutatur in iudicio, & tunc debitor, qui pecuniam non numeratam, allegat se adversus creditorem, ejus non numeratæ pecuniæ exceptione tuetur, *l. 14. C. de non. numerat.* quæ tamen exceptio non in perpetuum competit debitori, sed is eam intra biennium opponere debet, quod si tempus istud neglexerit, postea non audietur, sed tanquam verus debitor ad solutionem tenetur, *l. 14. d. t.* nec verisimile est, debitorem tam negligentem fuisse, ut intra biennium perpetuum non exigeret pecuniam, aut certe chirographum datum reposceret, *Mynsing. ad l. 1. n. 8.* Et nihil æquius tunc est, quam debitorem stare confessioni, literis testatæ, quam integri biennii silentio confirmavit. Sibi met ergo imputet non juri vel adversario, quod beneficio legis non fuerit usus, intra tempus à jure præscriptum, *l. fin. §. 14. vers. sibi imputet. C. de jur. delib.*

XXXVIII.

Consensu.

Hactenus dictum fuit, quomodo ex vero nominato contractu obli-

obligatio nascatur vel *re*, vel *verbis*, vel *litteris*, jam sequitur quantum, quomodo sine ullo rerum, verborum, aut literarum inter-
 ventu solo *consensu* obligatio constituatur, idq; fit in emptione ven-
 ditione, locatione, conductione, societate, Mandato. Ubi tamen
 sciendum, quod etiam si nulla sit obligatio, nullus contractus, qui
 non habeat consensum, *l. 1 §. 3 ff. de pact. l. 55. l. 57. ff. de ob. & act.* ideo
 tamen istis modis obligatio consensu contrahi dicitur, quia neq;
 scriptura, neq; presentia omnimodo opus est, imo nec dari quicquā
 necesse est, ut substantiam capiat obligatio, sed sufficit eos, qui ne-
 gotia gerunt consentire. Etiam si autem hi contractus simpliciter
 consensu perficiantur, id tamen non obstat, quo minus differant à
 pactis, nec enim ideo nudo consensu fieri dicuntur, quod in se nul-
 lum negotium habeant ut pacta, sed quia neq; scriptura nec rei tra-
 ditione opus est, ut obligatio substantiam habeat.

XXXIX.

Ex emptione venditor ad rei venditæ traditionem, emptor au- *Emptio.*
 tem ad pretii solutionem est obligatus; ex qua obligatione duplex *Vend.*
 oritur actio, altera *empti*, qua emptor ad rei venditi traditionem,
 vel si ea non tradatur, ad id quod ejus interest rem non habere, ex-
 peritur, *l. 1. pr. ff. de act. empt.* altera *venditi*, quæ datur venditori ad
 pretium solvendum, ejusq; usuras post diem traditionis, *l. 13 §. 20. d. 1.*
 Et generaliter in actionem *empti* & *venditi* venit quicquid inter-
 contrahentes actum est, quod si nihil convenit, quicquid naturali-
 ter inest hujusmodi potestate, *l. 11 §. 1. l. 13 §. 19. l. 2. pr. l. 6 §. pen.*
l. 39. d. t. l. 75. 79. ff. de contrah. empt.

XL.

Ex locati conducti obligatione duplex itidem oritur actio, una *Locatio.*
locati altera *conducti*. *pr. inst. de locat. conduct.* illa datur locatori ad *Conductio*
 mercedis persecutionem, *l. 58. ff. locat. l. 13. l. 17. C. eod.* usq; finito
 rei locatæ restitutionem, *l. 48. ff. eod. l. 25. l. 34. C. eod.* & tandem
 quicquid contra legem locationis factum, *l. 11 §. fin. l. 25 §. 3. ff. eod.*
 hæc competit conductori, ut conducta re liceat uti, *l. 24 §. 4. l. 33.*
l. 34. ff. eod. & ut locator domum, villam, aut stabulum reficiat, *l. 51.*
ff. eod. damnum quod ob rei locatæ vitium conductor passus, refar-
 ciat, *l. 19 §. 1. eod.*

C 2

Ad

XLI.

Societas.

Ad quid socius in societate sit obligatus videmus ex *l. 72. ff. pro soc. §. fin. Inst. eod.* ubi dicitur quod socius in rebus communibus talem diligentiam præstare debeat, qualem suis rebus adhibere solet, bonam fidem quoque præstet, *l. 35. §. fin. l. 72. §. 1. l. 78. l. 79. ff. eod.* quæ in contractu societatis exuberat, *l. 3. pr. C. eod.* ut rectè societas jus quodammodo fraternitatis in se contineat, *l. 63. pr. fin. eod.* quoniam autem huic bonæ fidei dolus contrarius est, *l. 3. in fin. eod.* ideoque si quid dolo socius commiserit, actione pro socio tenetur, *l. 59. fin. eod.* imo & culpæ nomine tenetur, *§. fin. Inst. eod.* Quamvis qui parum diligentem socium sibi assumit, de se queri, sibique hoc imputare debet, *d. §. fin.* cum ejus conditionem aut negligentiam sciverit vel scire debuisset, *arg. l. 19. ff. de R. l.*

XLII.

Mandatū.

Ex mandati obligatione duplex oritur actio, *directa*, quæ datur mandatori adversus mandatarium, si is susceptum mandatum non impleat, *l. 5. pr. §. 1. l. 6. §. 1. in fin. l. 8. §. 4. l. 22. §. fin. l. 23. l. 24. l. 25. l. 27. §. 2. ff. mandat. l. 27. §. 3. vers. voluntariū ff. commodat.* aut implevit quidem, sed non bonam fidem & exactam diligentiam præstitit, *l. 10. pr. l. 59. §. fin. ff. mandat. l. 21. fin. C. eod.* aut fines mandati excessit, *l. 41. ff. eod.* nisi excedendo meliorem fecerit mandantis conditionem, *l. 5. fin. eod.* secus autem si deteriores, *l. 3. eod.* jam videamus de actione *contraria*, quæ competit mandatario, si ex causa mandati sumtus fecit, *l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. ff. eod. l. 14. l. 20. fin. C. eod.* alios casus ubi hæc actio competit, vide in *l. 12. §. fin. l. 13. l. 26. §. 7. ff. eod.* conjunge, *l. 61. §. 5. ff. de furt. l. 49. h. t. l. 22. §. 4. l. 26. §. 6. §. fin. l. 34. §. 1. eod.*

XLIII.

Contractus innominatus.

Hactenus de vero contractu nominato jam de innominato, cum enim plura negotia, quàm negotiorum vocabula essent, *l. 4. ff. de præscript. verb. fieri* non potuit, ut singula negotia singulis appellarentur nominibus, proinde cæteris speciebus, certum nomen non habentibus, commune nomen accommodatum fuit. Hi contractus ergo innominati vocantur, & consistunt vel in facto vel in datione; in datione quando *do ut des*, v. g. do tibi poculum, ut des librum

brū; vel *do ut facias*, v. g. do tibi decem, ut Lubecam eas, in facto con-
sistit, quando *facio ut facias*, v. g. commodo tibi librum, quo mihi
tuum librum commodas vel quando *facio ut des*, v. g. suscipio patro-
cinium causæ tuæ, ut mihi des decem. Et tunc ex hisce contractib⁹
innominatis oritur actio præscriptis verbis, *de qua in l. 5. & tot. tit.*
ff. de præscript. verb.

XLIV.

Hac de verò contractu tam nominato quàm innominato,
jam de quasi contractu. In quo non conventionem expressam, uti
in illo, sed tacitam, præsumtam, & fictam jura subesse statuunt, eiq;
non minorem vim quàm expresse in vero contractu tribuunt. Hu-
jus quasi contractus species quinq; refert imperator *in tit. Inst. de obl.*
qua q̄s. ex contr. nasc. quos ordine proponam. Sunt quidem plu-
res, quos tamen brevitatis causa præterea, videatur de illis, *D. Buccer-
rum class. 3. disput. 1. thesi 3. seqq.*

Quasi con-
tractus.

XLV.

Ex quasi contractu obligatur aliquis propter negotiorum ge-
stionem, tutelæ administrationem, rerum communionem, heredi-
tatis aditionem, indebiti solutionem. Propter negotiorum gestio-
nem obligatio oritur, quando quis absentis negotia sine mandato
gerit, *l. 2. 2. tit. ff. de negot. gest. absentis*. si enim quis præsens
sit & negotium suum geri patitur, mandasse videtur, & verus con-
tractus est, ex quo obligatio & actio ex mandato oritur, *l. 5. pr ff. de
ob. & a. l. 6 § 2. l. 18. l. 40. l. 53. ff. mand. l. 6. C. eod. Sine mandato*. ad
differentiam veri contractus ut jam dictum. Et hoc utilitatis causa
receptum esse refert *Imp. l. 1. ff. de Negot. gest.* ne deserantur negotia
absentium, qui subitâ festinatione coacti, nulli demandata negotio-
rum suorum administratione, peregrè profecti essent, aliàs qui se re-
bus alienis absq; iusta causa immiscet culpa non caret, *l. 36. ff. de R.
l. 1. 19. eod. in 6.* Ex hujus negotiorum gestionis obligatione nasci-
tur actio *directa*, quæ domino rei gestæ contra gestorem datur, ut is
negotiationis suæ rationem reddat, lucri si quid percepit, restituat,
damni si quid sua negligentia, dolo vel culpa dederit, refarciat, *l. 2.
tot. tit. ff. de negot. gest. l. 20. C. eod.* Ne autem gestori suum officii-
um sit damnosum, *l. 12. §. 9. ff. mandat. 7. testament. quemad. app.*

Negotio-
rum gestio

proinde ipsi etiam *contraria* tribuitur actio, contra dominum ad præstandum, quod ratione gestionis impendit vel amisit, l. 2. §. fin. l. 19. §. 4. l. 25. l. 27. l. 45. ff. l. 10. l. 8. C. eod.

XLVI.

*Tutela ad-
ministra-
tio.*

Ex tutela administratione tanquam ex quasi contractu tutor est obligatus ad tuendam pupilli personam, ejusque res ex fide gerendas, l. 14. l. 22. ff. de testament. tut. l. 12. §. 3. ff. de admitt. & peric. tut. §. 5. Inst. de excusat. tut. Ex hac obligatione contra tutorem pupillo actio directa tutelæ competit. ut administrationis suæ reddat rationem, l. 1. pr. §. 3. §. fin. l. 4. l. 9. §. fin. l. 10. l. 13. l. 18. fin. ff. de tut. & rat. distr. ut autem tutor & tutela non lucrum, l. 58. pr. in fin. ff. de admin. & peric. tut. ita nec damnum sentire debet, l. 7. ff. de testam. quemad. app. proinde habet contrariam tutelæ actionem, de sumtribus, quos ex officio fecit, quam actionem Prætor duxit in usum, ut facilius tutores ad administrationem accederent, scientes pupillum quoque sibi obligatum ex sua administratione & ita promptius de suo aliquid pro pupillis impendant, dum sciunt, se recepturos id quod impenderint, l. 1. tot. tit. ff. de contr. tutel. & util. act. l. 2. pr. ff. ubi pupil. l. 32. §. 6. l. 33. fin. l. 46. §. fin. ff. de admin. & peric. tut. l. 3. C. eod.

XLVII.

*Rerum
communio*

Tertio quasi contrahitur & oritur obligatio inter duos pluresve, qui rem obliquam communem habent, & quidem sine consensu expresso contrahendæ societatis, qui aliàs proprius est contractus de quo tot. tit. ff. & Inst. de societ. §. 5. Thesi 41. Sed ex accidente, præter spem & propositum. E. g. si una res duobus esset legata vel donata, & unus ex illis fructus colligeret ex illa re, vel in eam rem solus impensas faceret, tunc ille obligatus est ad communis rei, & fructuum perceptorum divisionem, proque sua parte ad expensarum refusionem, l. 1. 3. tot. tit. ff. comm. divid. l. 1. l. 22. tot. tit. ff. fam. ercisc. nemo enim invitus in communione manere tenetur, l. fin. C. commun. divid. hæc communio duplex perhibetur in jure: Communio rerum universalium seu familiæ, & communio rerum singularium, tot. tit. ff. & C. comm. divid. tot. tit. ff. & C. fam. ercisc.

XLVIII.

*Heredita-
rii additio*

Cum hæres ad eundo hæreditatem contrahere quasi, non-
verè,

verè, cum legatariis videatur, l. 3 §. ult. in fin l. 4. ff. quib. ex caus. in
possess. eat. proinde etiam obligatur illis ad præstanda legata, quæ sunt
à testatore relicta, l. 5 §. 2. ff. de o. & a. quod si non faciat, legatario
datur contra heredem actio legati ex testamento præstandi causa,
§ 2. in fine Inst. de legat.

XLIX.

Quinto qui solvit per errorem facti, non juris, l. 9 C. ad L. falcid.
l. 10. C. de jur. & fact. 19. quamvis hoc faciat magis animo distrahen-
di quàm obligandi, quia tamen aliquid fecisse dicitur, habet recipi-
entem ex quasi contractu obligatum, ad restituendum id, quod
indebitum solutum accepit, cum eo enim de re soluta, si apparuis-
set indebita, sibi restituenda convenisse videtur, nam, qui solvit, in-
quit, Paulus in l. 25. pr. ff. de probat. nunquam ita resupinus est, ut fa-
cile suas pecunias, jactet & indebitas effundet. & sic alter etiam solutū
accepisse præsumitur, ut si debitum non esset, restitueret, ac si credi-
tum sibi fuisset. Ex hujus quasi contractus obligatione oritur actio,
quæ vocatur conditio indebiti, l. 2 tot. tit. ff. de condict. indeb. quæ
tamen non competit illi, qui sciens indebitum solvit, etenim tunc
donasse censetur, l. 7 §. 2. in fin. ff. pro socio l. 53. ff. de R. J. Casus, in
quibus indebiti soluti repetitio non habeat locum vid. in §. fin. Inst.
de obl. qua g. ex cont. nas.

Indebiti
solutio.

L.

Dictum fuit, quomodo obligationes oriantur ex contractu, de-
lictum quod attinet, etiam hoc vel est verum vel quasi, illius species
sunt quatuor (1) furtum, quod est contrectatio fraudulosa lucri fa-
ciendi gratia, vel ipsius rei vel usus, possessionisvé, § 1. Inst. de oblig.
qua ex delict. (2) rapina, quæ non latenter ut furtum, sed vi quadam
grassatur. (3) damnum injuriâ datum, de quo cavet lex Aquilia, (4)
Injuria quæ fit vel corpori, cum alicui pulsando manus infertur, vel
honori quod accidit (1) verbis, cum alicui fit convicium, E. g. si quis
fur appellatur (2) literis, cum ad ignominiam alterius aliquod scri-
ptum vel compositum est, ut carmen famosum, (3) gestibus, cum
quis foeminam honestam, affectatur, & hæc injuria quæ tribus hi-
sce modis infertur, æstimatur, i. ex persona injuriam patiente, ut est
magistratus, parens &c. 2. loco vel delicti ut in templo, curia, foro,
vel

Delictum.

vel corporis vulnerati, ut si in oculo vulnus infligatur. 3. *facto*, & aliquis sustibus cadatur. Quasi delictum est cum quis non scienter & consulto delinquit, sed peccat imperitia forte, ut si iudex malè iudicet, is enim litem suam facit, & causam suscipere cogitur, vel imprudentia etiam, ut si deiciatur vel effundatur aliquid in publicum iter, quo liberum corpus vel lædatur vel occidatur, ubi interdum, convenitur aliquis etiam ob culpam alienam, ut si ab illis damnum fiat, quorum ministerio utimur, forte in navi, caupona, stabulo. Sed hanc rem latius aut accuratius deducere & legibus confirmare prohibeor, non quidem ob defectum materiæ, sed ne thesaurum numerus in immensum crescat.

L I.

IV. Pars. *Dissolutio.* Contraria juxta se posita magis elucescunt, *arg. l. 40. § 2. in fin. ff. de proc. l. 31. in fin. ff. de vulg. & pup. subst. l. 1. ff. de his qui sui vel al. absolutà igitur obligationis constitutione, restat agendum de ejus dissolutione, nihil enim tam naturale, quam eodem genere quidque dissolvere, quo colligatum est l. 35. ff. de R. J. Extinguitur, E. obligatio vel ipso jure, vel ope exceptionis: quando subtilitate juris, obligatione vel actione manente, reus æquitate quadam defenditur, proposita ei in eam rem exceptione, quam actioni opponit, cujus exceptionis species sunt variæ, ut exceptio doli mali, quod metus causa, pacti conventi, rei judicatae, *de quib. not. tit. Inst. de except.* ipso jure dissolvitur obligatio vel naturaliter ut dissolutione, dissensu vel civiliter, ut acceptilatione, novatione, confusione, compensatione &c.*

L II.

Solutio. Quamvis aliàs solutionis verbum generale sit, adeò ut in se contineat omnem liberationem, l. 54. ff. de solut. & satisfactionem, l. 47. l. 176. ff. de V. s. strictius tamen & in specie hîc sumitur, pro debiti legitimè facta præstatione, si quis illud ad quod dandum actus erat, realiter solvat, l. 49. l. 54. l. 107. ff. de solut. Solutione factâ, debitor chirographum condicere vel actione ad exhibendum reperere potest, l. fin. C. ad exhib. l. 2. C. de condicib. ex leg. l. fin. c. de solut. pignus quoq; reddendum, l. 6. pr. ff. quib. mot. pig. sol. l. 11. § 3. l. 40. §. fin. ff. de pig. act. actiones quas creditor habet ex obligatione, solventi cedendæ, l. 59. §. 10. ff. de solut. l. 18. §. 5 ff. fam. ereisc. Porro de

ro de hujus solutionis causa *principali*, quis rectè solvat, *materiali*, quid & quantum solvendum, *formali*, quo modò, quaq; forma, solvendum; & tandem *finali*, qui finis, qui fit solutionis effectus, videatur *Vvesemb. x. de solut. Trentl. disp. 29. ab. 2. vol. 1.*

LIII.

Dissensu.

Hoc amplius, ea obligationes, quæ consensu contrahuntur, eontraria voluntate dissolvuntur, §. *fin inst. h. e* quod tunc est verum, si res adhuc sit integra, quia forte nihil adhuc datum adit factum est, d. §. *fin. 2. 2. l. 3. l. 5. § 1. ff. de rescind. vend. l. 58. ff. de pact.* nam re non amplius integra, pœnitentia non est locus, l. x. l. 2. c. *quando licita: ob empt.*

LIV.

Acceptatio

Item tollitur obligatio per acceptationem, quæ dicta sic est *ab acceptum ferendo* quod sit quasi confessio rei acceptæ, quæ tamen re vera data non est. quod enim ex verborum obligatione mihi debetur, poterit sic fieri, ut patiar hæc verba debitorem dicere: *quod ego tibi promisi, habes ne acceptum?* & respondeam: *habeo*, & hoc imaginaria solutio dicitur, §. *1. Inst. d. s.* quæ non re sed tantum verbis fit, solutum tamen comparatur, l. 7. § 1 *ff. de liberat. leg. l. 1. ff. de accept.* eundemq; effectum habet, l. 5. l. 6. l. 17. *cod. l. 31. fin. ff. de novat.* & fit vel immediatè aut jam dictum vel mediate interven tum Aquiliane stipulationis, l. 4 *ff. de transact. §. 1. 2. Inst. Q. 4. toll. oblig.*

LV.

Novatio.

Præterea novatione tollitur obligatio, §. 3. *Inst. d. 2.* quæ est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem vel naturalem transfusio atq; translatio, ut prior obligatio perimatur & nova constituatur, l. 1. *ff. de novat.* & à solutione differt, quod per illam solvitur obligatio ut nulla remaneat. per hanc ita ut eam sublaram sequatur alia, *Vult. 1. jur. 1. c. 56.* hæc autem obligationis novatio fieri solet (1.) *mutatione debitoru*, si ex delegatione mea stipulatus ab alio quod tibi debeo (2.) *Creditoru* si ex delegatione tua promittam alii, quod tibi debeo (3.) *causa debiti*, si stipuler à te, quod j ex causa mutui vel donationis mihi debes, prout hanc novationis & oblegationis materiam accuratè describit, *Donell. Commentar. ur. civ. lib. 16. c. 20. p. m. 728.* hæc E. novatione facta prior obligatio
D tollitur

tollitur, & pignus, si forte sit, liberatur, l. 11. § 1 ff. de pignorat. act. l. 18. ff. de novat. l. an, C. etiam ob chirographum.

LVI.

Confusio.

Est insuper dissolutionis causa obligationum confusio, cum in eandem personam jus debitoris & creditoris concurrat, l. 75. l. 107. ff. de solut. ut si forte debitor creditori, vel creditor debitori haeres existat, l. 95. § 2. d. t. l. 21 § 3 ff. de fidejuss. l. 3. fin. C. de fideicom. l. 5. C. de hered. action. & tunc obligatio manere nequit, ne sibi ipsi quis debere videatur, l. 7. C. de pact.

LVII.

Compensatio.

Extinguitur etiam obligatio per compensationem, quæ est debiti & crediti inter se contributio, l. 1. ff. de compens. E. g. si quis mihi deberet 100. & vicissim ego ipsi 50. tunc ille revera & ipso jure plus non debebit quàm 50, reliqua 50 ratione compensationis, extincta sunt, idem enim est, ac si mihi solvisset, cum nihil intersit, solverit an compensaverit aliquis, l. 4. fin. ff. qui pot. in pig. hab. l. 19. ff. de lib. causl. 4. C. de compens. ideo autem compensatio necessaria est, quia interest nostra potius non solvere quam solum repetere, l. 3. ff. de compens. ad judiciornm evitandam pluralitatem, arg. l. 21. fin. ff. si cert. per. ad lites dirimendas: cum dolo malo postulet, qui postulat id, quod restitutus est, l. 8. ff. de dol. mal. except. c. 59. R. l. 6.

LVIII.

Cessio bonorum.


Sunt deniq; multi alij dissolvendi modi, inter quos & cessio bonorum referri potest, quamvis per illam obligatio magis exceptionis ope differatur, quàm ipso jure tollatur, si enim debitor confugerit ad ultimum istud flebile miserabileq; cessionis subsidium, l. 7. l. 8. C. qui bon. ced. poss. ad quod nemo cogendus, Nov. 135. tunc se adversus creditores defendere poterit. Cum eum æquitas auxilio exceptionis muniat: l. 3. C. de bon. autb. jud. poss. ita ut nec agere nec conveniri possit, l. 17. pr. in fin. ff. de recept. qui arb. hinc tamen electio datur creditoribus: vel quinquennale spacium debitoribus indulgere, vel accipere bonorum cessionem, l. 8. C. qui bon. ced. poss. quod si post factam cessionem debitor locupletior sit factus, & idoneum emolumentum acquisierit, rursus in id quod facere potest, creditores experiantur, §. fin. Inst. de act. l. 4. pr. ff. de cess. bon. nec enim debitor

tor bonis cedendo absolutè obligationem solvit, sed tantum perpetuam æris alieni flagitationem, bonorum additionem, carceris inclusionem, & quæ sunt aliæ injuriosæ animadversiones, quibus afficiebantur olim debitores. *A. Gell. lib. 20. Noct. Att. c. 1. Cujac. lib. 3. observa. c. 29. Hotoman. in quest. illustr. quest. 26.* si autem modicum tantum post cessionem acquisierit, iterum bona ejus non veniunt, *l. 6 ff. de cess. bon.* ubi modicum hoc æstimatur: Hoc autem cessionis beneficium non cuilibet debitori, sed illi tantum competit, qui ex accidente, non supinâ negligentia res suas amisit, *Nov. 135. presat.* nec etiam is, utitur eo, qui dolo facit, quo minus solvendo sit, aut per contumaciam sus bona vindicare recusat, *l. fin. § ult. in fin. ff. que in fraud. cred.* ne prosit ipsi dolus, *l. 1. pr. l. 12. ff. de dol. mal. l. 14 § 3. ff. de furt.* similiter nec is, qui obligatus ex delicto ad pecuniariam poenam, eam cedendo bonis, effugit, quod si enim non habeat in ære luat in corpore. *l. 7 § 3. ff. de juri. dict. l. ult. in fin. ff. de in jus voc. l. 1. §. fin. ff. de poen.* Creditor quoq; obligatione cadit, si ad extorquendum debitum, debitori vim adhibuit, *l. 12. §. fin. l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. ad L. Jul. de vi privat. l. 6. l. 7. C. unde vi.* Hæc de obligationis materia, in jure nobilissima, in foro frequentissima, dixisse sufficiant. Deo, quod præstat, obligatum me quoque trado, omniaq; mea studia, devotè commendo.
 Sit ipsi soli,

Gloria, Laus, Honor.

D 2


Ad



Ad Dn. Respondentem.

Sic cum vere novo fundis nova gramina GRAS.
Gramina, quæ studij sunt bona signa tui. (si,
Vive vigeq; diu: surgent ex gramine flores;
Nec modo tu, gramen, flos sed odor us eris.

PRÆSES.



JOHANNES GRASSE

ἀναγέμμ. μτ. G. in C.

ANNE ES ROSA? SIC.

Tempore vernali gratum Rosa spargit odorem,
Hinc etiam cui vis gratior esse solet.
Quisq; rosam satagit decerpere, quisquis odore.
Illius afficitur, fertur amore rosæ.
Sic etiam fragrans ANNE ES ROSA, frater aman-
de?


SIC puto, testatur, quem modò spargis, odor.
Hic odor insignis, quem dissertatio profert,
Redderis cunctis gratus odore tuo.

Qui

Qui se diffundit, quoties tua themata quisquis
Perlegit, hinc gratus fratribus esse potes.
Gratus eris, plures Themidos modo profer odores,
Sic ROSA tu vernans, non mihi GRAMEN eris.

*Pauci h[ic] Eximio ac Praestantissimo Dn. Responden-
di amico, facta i[n] ac populari suo fraterne dilecto
gratulari voluit ac debuit*

*M. Daniel Ludovici,
Mind. VVestph.*



O genus humanum, miserabile; nocte dieq[ue]
Sollicitis animis fluxa, caduca, petens!
Impiger extremos currit mercator ad Indos;
Sordidius lucrum captet ut inde sibi.
Quærit avarus opes, volitans per saxa, per ignes;
At sic stultitiæ signa dat i[n] se sua:
Mortale est, quod quarit, opus! Tibi fama per-
ennis
Quæritur, o anima portio magna mee.
Vivet Bachovius, dum stabit machina mundi;
dum reget obliquos Parrhasis ursa polos
Vivet & Hunniades, dum mustis uva tumebit;
dum cadet incurvâ falce resecta Ceres.
Bartolus in toto semper cantabitur orbe;
corpore si vivo non valet, arte valet.

D 3 Donec

Ingenio pollens Harpprecht, & Acursius ore,
casarum nullo tempore nomen habent.

Donec Olympiaco fulgebant sidera caelo,
florebit studium, Bald: polite, tuum.

Incluta Treuleri tunc fama decusq; peribunt,
exitio terras cum dabit una dies.

Huius ut confemilis quondam tibi gloria surgat,
nil intentatum nocte dieq; finis.

Nil magis, ac Cathedra celsum conscendere pon-
tem,

Te iuvat, ac illinc provida verba loqui.

Luna ter & decies replevit cornibus orbem;
cum vidi, Sophicos te secuisse nodos.

Jam libet egregio conatu ostendere cunctis,
quis sit iuridica fervor in arte tibi

Scilicet hoc opus est, & te dignissima virtus!

Hac via recta! per hanc itur ad astra viam!

Vilia miretur vulgus: Tibi pulcher Iesus
pocula Castalia plena ministret aqua.

Acclament molles Veneri: mea sola voluptas!

Tu contra haec Themidi carmina finge tuae:

Alma Themis, mea Lux, mea Dux, meus ignis
& ardor:

Tu mea tutela es. Tu mihi sola places.

Te mea Musa canet, dum spiritus hos reget artus:
dum condor tumulo, Te mea Musa canet.

Sic

*Sic contra ardescens Themis os venerabile solvet,
ac referet dictis talia verba tuis:*

*O te felicem, qui me tibi quaris amicam:
qui me tam vigili sedulitate colis!*

*Certè ita non sterilem mittetur semen in agrum:
Non erit officio gratia surda tuo. (lam,*

*Perge modò intrepidè; jamjam tibi necto corol-
quam sum grata, tuis impositura comis.*


*Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,
nostra ut erunt collo brachia nexa tuo.*

*Sic, etsi gelidum quondam teget ossa sepulchrum,
vives: parsq; tui magna superstes erit.*


ἡθέρου καὶ ἀειδαίνου,

JOHANNES Rieder/
Svinfurt Franc.
SS. Th. St.






28







the scale towards document

quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 1615. vagabundus quidam homo co-
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Graecorum
 jactans, adjumeto intercessionu, quas
 te impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniae
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 , poenam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publice jactaverat, quem postea
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata a *Valer*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nem suam mutat, & se pro alio suppo-
 ma apud Historicos aliosq; scripto-
 inter quae notissimum est illud Plau-
 ptam forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut e bello rever-
 concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4

